

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Adulacio ah
cum fonte primo

Oleum peccatoris est dilectio simulata
uerborum que adulacionibus
et blandimentis nostras mentes
uelut olei pinguedo libenter ingrediens,
rigorem ueritatis emollit et ad noxias
cogitationes amoris ficti pocius
ostentacione perducit.

Cassiodorus super illud Psalmi CXL.:
Oleum peccatoris non impinguet.

In malam uero partem, sicut hic ponitur:
oleum peccatoris est dilectio simulata
uerborum, quae adulacionibus
et blandimentis nostras mentes
uelut olei pinguedo leniter ingrediens,
rigorem ueritatis emollit et ad noxias
cogitationes amoris ficti potius
ostentatione perducit;
sicut in alio psalmo dictum est:
*Mollierunt sermones suos super oleum
et ipsi sunt iacula.*

Aurelius Cassiodorus, *Expositio
Psalmorum*, 140.5 (CCSL 98, M.
Adriaen ed., pp.1264-5, ll.138-143).